



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 86. Pontificis lætitia ob Gallorum victorias de Calvinistis reportatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.

§. LXXXVI.

A.C. 1569.

Pontificis lætitia ob Gallorum victo-
rias de Calvinistis reportatas.

Thuan. l. c. Calvinistarum crudelitates Catholicos
Spond. ad summo dolore afficiebant, simul-
hunc ann. que Roma æque, ac Francia per hæc
num. 7. devastationes ingentia prorsus dama-
Ciacon. vit. patiebantur, nonnihil tamen hanc nec-
Pontif. t. 3. sitiam moderabantur victoriæ a Caroli
pag. 993. IX. exercitu vicissim, ac satis frequen-
 ter de Calvinistis reportatæ, quarum
 etiam lætitia damnorum jacturam sæ-
 pius obliterabat, præcipue Romæ, a
 qua urbe belli furor longius aberat.
 porro Carolus Galliarum Rex viginti
 quinque vexilla Calvinistis in Moncon-
 turlensi prælio erepta dono dederat
 Sanfloriano Comiti, qui eadem Romanam
 deferre jubebatur. Hoc munus Pius V.
 inter maxima lætitiæ signa acceptans
 per triduum decretis solemnibus supplic-
 ationibus Deo grates rependi voluit,
 ipsaque vexilla in Ecclesia sancti Joann-
 nis ad Lateranum appendi præcepit
 addita hac inscriptione: „Pius V. Pon-
 „tifex Maximus signa de Caroli IX. Chri-
 „stianissimi Gallix Regis perduellibus,
 „iisdemque Ecclesix hostibus, a Sfor-
 „tia Comite S. Floræ Pontificii auxilia-
 „ris exercitus Duce capta, relataque,
 „in principe Ecclesiarum Basilica suspen-
 dit.

„dit, & omnipotenti Deo tantæ Victo- Sæcul. XVI.
 „riæ auctori dicavit Anno millesimo A.C. 1569.
 „quingentesimo septuagesimo.

§. LXXXVII.

*Nicolaus Mortonus a Papa in An-
 gliam decretus.*

Sub idem ferme tempus summus Pon-
 tifex Nicolaum Mortonum natione
 Anglum Theologiæ Doctorem, ac Apo-
 stolicum Romæ Pœnitentiarium in An-
 gliam decrevit, ut plures Angliæ Pro-
 ceres, qui haud immerito de Elisabe-
 tha Regina querebantur, solatio refi-
 ceret, atque afflictos de summi Ponti-
 ficis præsidio certiores redderet: enim-
 vero hoc Papæ studium omni laude di-
 gnum erat, quamvis in eadem occasio-
 ne longius, quam erat, processisse vi-
 deatur, dum Mortono in mandatis de-
 derat, ut eisdem Proceribus declara-
 ret, quod Elisabetha omni in Catholi-
 cos auctoritate excidisset: subditi enim
 alicujus Principis, cujuscunque demum
 Religionis sit, semper permanent ejus
 subditi, unde haud minor in eos ad-
 huc est auctoritas legitima: eapropter
 hujus mandati executio flammam ac-
 cendebat, quæ tum quidem adhuc sub
 cineribus delitescibat, progressu tamen

Bb 5 tem-